

Projekttitel: eManual Alte Geschichte
Modul [optional]:
Autor_in: Cyprian von Karthago
Lizenz: CC-BY-NC-SA

Cyp.lap.2

Text Original:

Confessores praeconio boni nominis claros et uirtutis ac fidei laudibus gloriosos laetis conspectibus intuemur; sanctis osculis adhaerentes desideratos diu inexplebili cupiditate complectimur. Adest militum christi cohors candida, qui persecutionis urgentis ferociam turbulentam stabili congressione fregerunt, parati ad patientiam carceris, armati ad tolerantiam mortis. Repugnastis fortiter saeculo, spectaculum gloriosum praeuistis deo, secuturis fratribus fuistis exemplo. Religiosa uox christum locuta est, in quem se semel credidisse confessa est; inlustres manus quae non nisi diuinis operibus adsueuerant sacrificiis sacrilegis restiterunt; sanctificata ora caelestibus cibis post corpus et sanguinem domini profana contagia et idolorum reliquias respuerunt; ab impio scelerato que uelamine, quo illic uelabantur sacrificantium capita captiua, caput uestrum liberum mansit; frons cum signo dei pura diaboli coronam ferre non potuit, coronae se domini reseruauit. Quam uos laeto sinu excipit mater ecclesia de proelio reuertentes. Quam beata, quam gaudens portas suas aperit, ut adunatis agminibus intretis de hoste prostrato tropaea referentes. Cum triumphantibus uiris et feminae ueniunt quae cum saeculo sexum quoque uicerunt. Veniunt et geminata militiae suae gloria uirgines et pueri annos suos uirtutibus transeuntes. Nec non et cetera stantium multitudo uestram gloriam sequitur, proximis et paene coniunctis laudis insignibus uestigia uestra comitatur. Eadem et in illis sinceritas cordis, eadem fidei tenacis integritas. Adest militum christi cohors candida, qui persecutionis urgentis ferociam turbulentam stabili congressione fregerunt, parati ad patientiam carceris, armati ad tolerantiam mortis. Repugnastis fortiter saeculo, spectaculum gloriosum praeuistis deo, secuturis fratribus fuistis exemplo. Religiosa uox christum locuta est, in quem se semel credidisse confessa est; inlustres manus quae non nisi diuinis operibus adsueuerant sacrificiis sacrilegis restiterunt; sanctificata ora caelestibus cibis post corpus et sanguinem domini profana contagia et idolorum reliquias respuerunt; ab impio scelerato que uelamine, quo illic uelabantur sacrificantium capita captiua, caput uestrum liberum mansit; frons cum signo dei pura diaboli coronam ferre non potuit, coronae se domini reseruauit. Quam uos laeto sinu excipit mater ecclesia de proelio reuertentes. Quam beata, quam gaudens portas suas aperit, ut adunatis agminibus intretis de hoste prostrato tropaea referentes. Cum triumphantibus uiris et feminae ueniunt quae cum saeculo sexum quoque uicerunt. Veniunt et geminata militiae suae gloria uirgines et pueri annos suos

uirtutibus transeuntes. Nec non et cetera stantium multitudo uestram gloriam sequitur, proximis et paene coniunctis laudis insignibus uestigia uestra comitatur. Eadem et in illis sinceritas cordis, eadem fidei tenacis integritas. Inconcussis praeceptorum caelestium radicibus nixos et euangelicis traditionibus roboratos non praescripta exsilia, non destinata tormenta, non rei familiaris et corporis supplicia terruerunt. Adest militum christi cohors candida, qui persecutionis urgentis ferociam turbulentam stabili congressione fregerunt, parati ad patientiam carceris, armati ad tolerantiam mortis. Repugnastis fortiter saeculo, spectaculum gloriosum praebuistis deo, secuturis fratribus fuistis exemplo. Religiosa uox christum locuta est, in quem se semel credidisse confessa est; inlustres manus quae non nisi diuinis operibus adsueuerant sacrificiis sacrilegis restiterunt; sanctificata ora caelestibus cibus post corpus et sanguinem domini profana contagia et idolorum reliquias respuerunt; ab impio scelerato que uelamine, quo illic uelabantur sacrificantium capita captiua, caput uestrum liberum mansit; frons cum signo dei pura diaboli coronam ferre non potuit, coronae se domini reseruauit. Quam uos laeto sinu excipit mater ecclesia de proelio reuertentes. Quam beata, quam gaudens portas suas aperit, ut adunatis agminibus intretis de hoste prostrato tropaea referentes. Cum triumphantibus uiris et feminae ueniunt quae cum saeculo sexum quoque uicerunt. Veniunt et geminata militiae suae gloria uirgines et pueri annos suos uirtutibus transeuntes. Nec non et cetera stantium multitudo uestram gloriam sequitur, proximis et paene coniunctis laudis insignibus uestigia uestra comitatur. Eadem et in illis sinceritas cordis, eadem fidei tenacis integritas. Inconcussis praeceptorum caelestium radicibus nixos et euangelicis traditionibus roboratos non praescripta exsilia, non destinata tormenta, non rei familiaris et corporis supplicia terruerunt. Religiosa uox christum locuta est, in quem se semel credidisse confessa est; inlustres manus quae non nisi diuinis operibus adsueuerant sacrificiis sacrilegis restiterunt; sanctificata ora caelestibus cibus post corpus et sanguinem domini profana contagia et idolorum reliquias respuerunt; ab impio scelerato que uelamine, quo illic uelabantur sacrificantium capita captiua, caput uestrum liberum mansit; frons cum signo dei pura diaboli coronam ferre non potuit, coronae se domini reseruauit.

Quam uos laeto sinu excipit mater ecclesia de proelio reuertentes. Quam beata, quam gaudens portas suas aperit, ut adunatis agminibus intretis de hoste prostrato tropaea referentes. Cum triumphantibus uiris et feminae ueniunt quae cum saeculo sexum quoque uicerunt. Veniunt et geminata militiae suae gloria uirgines et pueri annos suos uirtutibus transeuntes. Nec non et cetera stantium multitudo uestram gloriam sequitur, proximis et paene coniunctis laudis insignibus uestigia uestra comitatur. Eadem et in illis sinceritas cordis, eadem fidei tenacis integritas. Inconcussis praeceptorum caelestium radicibus nixos et euangelicis traditionibus roboratos non praescripta exsilia, non destinata tormenta, non rei familiaris et corporis supplicia terruerunt. Explorandae fidei praefiniebantur dies: sed qui saeculo renuntiasse se meminit nullum saeculi diem nouit, nec tempora terrena iam computat qui aeternitatem de deo sperat.